

in hac arte, Plato iunior. in cuius Aphorismos, seu scholia
commentarium scripsit Hameth, siue Hamech, & Seneca.

Latine autem, Ioannitus, Rosinus, Ephistus, Florus, Al-
mazatus ad Archiepiscopum Saragotiae, Bernardus Come-
Treuerus, qui turbam Philosophorum à se collectam, & ali-
am ab illa quæ passim circunfertur, & quam s̄epe citat, scri-
psit. Ray. Lulli. Ioan. à Rupe scissa. Pontius, Hortulanus
Clemens de secretis naturæ. Gilberius Cardinalis. B. Ægidi-
us eremita, cui adscribitur Canticum regium carmine Ga-
lice scriptum in honorem Conceptionis beatæ Mariæ. Ma-
gister Hospitalis, Andronicus episcopus, Petrus & Durandu-
monachi, Valerandus de Bosco, Theodorus, Petrus à Vill-
noua frater Arnaldi, Summa textualis, de sacro Bosco, E-
Thomas de essentijs essentiarum & eiusdem breuiloquium
Stephanus, cuius est liber De magna & sacra scientia, Ioa. Da-
stinus Anglus, Holcot, Scotus, G. Parisiensis, Bernardus d.
Grauia, Dumbeleius, Aloisius Marlianus, Regor, Richardu-
anglicus ~~et xpucias~~, cui titulum fecit Correctorium, & Ia-
nus Lacinius, a nonnullis visi, & alij permulti à quibusdam
qui illos huius artis studiosis prodere nolunt, aude & secre-
to, vt olim libri Sibyllini, asseruati. Sunt & alij quamplur-
imi libri auctoribus incertis. Multi etiam Gallice ad fabre scr-
pti. Insuper multi hanc artem Chemicam exercuerunt, ad f-
nemque illius, & pulueris compositionem feliciter peruen-
runt, qui ab Auicenna lib. De anima, dictione prima, ad f-
nem cap. septimi; & à Vincentio in speculo naturali, enum-
rantur.

IO A N. Picus Mirandula libro De dignitate
hominis.

*Veteres consueuerunt res diuinæ, altas & sublimes, sub &
lo multorum enigmatum, & fabularum poëticarum scribere.*

Veteres enim permulti sub fabulis poëticis tanta mysteria
huius pretiosissimæ artis, & naturæ secretiora tractauerunt
Poetarum & data opera occuluerunt. Nam fabulas, de dracone que
figmenta Cadmus interfecit, qui postea admonitu Palladis, interfec-
tiones seuit, vnde extiterunt illi tertigenæ fratres. De sacri-
cio Hecati apud Orpheum. De Medea, quæ Æsonem filiu-
Iasonis in iuuentutem restituuisse fingitur. De Saturno,
Cœlo patri suo genitalia absidit, & in mare proiecit, ex qu-
ru